



# Specimen physiologicum sistens observationes microscopicas de lacte

<https://hdl.handle.net/1874/321379>

5

SPECIMEN PHYSIOLOGICUM,  
SISTENS  
**OBSERVATIONES MICROSCOPICAS  
DE LACTE,**

QUOD,  
FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI  
**HERM. JOH. ROYAARDS,**  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORDIN.

NEC NON  
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,  
ET  
NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,  
**PRO GRADU DOCTORATUS,**  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,  
**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,**  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,  
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
REGNERUS LAMMERTS VAN BUEREN  
*ex oppido Geertruidenberg.*  
AD DIEM IV. M. JUNII ANNI MDCCXLIX. HORA V.

---

**Trajecti ad Rhenum,**  
APUD W. C. SPOOR.  
MDCCXLIX.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

## PRAEFATIO.

---

*Amplissimi huius Academiae Curatores benevole mihi concesserant, examina lege postulata ad accipendum gradum medicinae doctoris bellico sermone subire; sententiam secutus facultatis medicae huius concessionis virtute dissertationem quoque lingua belgica conscribere me liberum esse opinabar. Dissertatione igitur, continens microscopicas observationes de lacte eiusque genesi, jam tota typis mandata erat, dum patuit concessionem mihi datam quoad dissertationem non sufficere. Iterata vice nunc viros amplissimos adire potuissem, vix dubitans, quin ex eorum benevolentia concessionem hac in re quoque obtinerem; quum vero peculiares rerum circumstantiae efficerent, ut mo-*

menti mihi esset brevi medicinae doctoris gradum adipisci, priorem  
meae dissertationis partem latino sermone vertere malui, ut legi  
satisficeret.

*Veniam igitur des, benevole lector! dum specimen lege postulatum  
tam exiguum factum est.*

## L A C.

---

*Lactis* nomine h̄c illud fluidum intelligimus, quod aliquod  
demum post partum tempore in mamma muliebri secernitur, et  
characteristicas proprietates fluidi in initio secreti amisit. E physi-  
cisis eius proprietatibus paucas tantum memorabimus. Secundum  
SIMON pondus specificum est 1,018—1,04, in medio 1,03; se-  
cundum BERZELIUM 1,02—1,025. Apud unam mulierem pondus  
specificum altero post partum die invenimus = 1,032; apud  
alteram tertio die = 1,034; apud duas quarto die = 1,032 et  
1,033; apud unam quinto, sexto et decimo primo die = 1,034,  
1,033, 1,033; die 12<sup>o</sup> apud unam mulierem = 1,034; apud  
alteram die 13<sup>o</sup> = 1,033; apud tertiam die 14<sup>o</sup> = 1,037.  
Inde sequi videtur pondus specificum primis post partum diebus  
apud plurimas mulieres fere aequale esse. Lac, cuius specificum  
pondus determinabatur, quovis easu per unam ad tres hebdoma-  
des servabatur; in uno tantum casu die 16<sup>o</sup> acidum factum erat,  
coagulo tamen non formato, dum die 10<sup>o</sup> reactio alcalina adhuc  
fuerat. In alio casu apud mulierem per sex menses gravidam,  
quae decem adhuc diebus ante infantī partu priori nato ubera  
praebuerat, lac post quinque dies coactum erat, atque acidam  
reactionem monstrabat. Coēundi nisus in lacte muliebri minor  
videtur quam in omnibus aliis lactis speciebus. Illud ne acido  
acetico quidem coēre affirmat CLEMM; invenimus autem, prout  
SIMON quoque, exhibito leni calore, addito acido acetico, per-  
fectam caseini coagulationem, flocculorum sub forma, sequi.

In lacte prorsus formato nullae fere aliae particulae conspicuntur, quam sic dicti lactis globuli; in rariori tantum easu paucae, vel una tantum, cellulac epitheliales deteguntur. Globuli isti lactis jam a LEEUWENHOEK<sup>1)</sup> detecti sunt, atque accurate descripti, tanquam globuli rotundi, in fluido natantes, ad eius superficiem adscendentibus, lucem fortiter refrangentes; eorum autem diametrum justo minorem statuit, nempe  $\frac{1}{6}$  d. corpuseculorum sanguinis. Etiam HEWSON<sup>2)</sup> eos vidit cumque globulis seri lactescens comparavit. Primus TREVIRANUS<sup>3)</sup> quaestionem movit num veram organisationem possideant. Hancce secundum eius opinionem sanguinis tantum corpusecula atque spermatis possiderent, dum globulos lactis simplices adipis globulos mixtione adipis cum aqua formatos habebat. E. H. WEBER<sup>4)</sup> potius credere videtur globulos dictos organisatione non carcere; lactis saltem caseinum ad principia eos constituentia pertineret. Ad firmandam opinionem affert caseinum, etsi lac impellucidum reddat, nulla peculiari forma detegi posse, indeque necesse esse illud in lactis globulis contineri. Argumentum illud nullo amplius nititur fundamento, cum scimus caseinum, saltem pro maxima parte, in lacte solutum teneri. Magis efficeret, quod profert RASPAIL<sup>5)</sup>, quando revera hic existentiam integumenti albuminosi, pellucidi, non granulosi probasset; recte autem DONNÉ<sup>6)</sup> animadvertisit RASPAILIUM non indicavisse, quibusnam notis huiusmodi membranulae existentiam assumisset. At vero quoque DONNÉ in opinionem inclinat lactis globulis structuram organicam esse propriam: „pour moi,” ita loquitur, „j’adopterai plus volontiers l’idée d’une trame celluleuse, que celle d’une

1) Opp III. 112.

2) Exp. inq. I. 142.

3) *Vermischte Schriften*, B. I. 1816. S. 121.

4) HILDEBRANDT. *Anatomie*, 4e Ausg. 1830. B. I. S. 162.

5) *Chimie organique*, II. p. 181.

6) *Du lait et en particulier celui des nourrices* 1837. p. 44.

„enveloppe pour l'organisation des globules butyreux <sup>1)</sup>.” Quomodo DONNÉ ad hanc opinionem fuerit perductum non bene patet. Attentionem imprimis movet in resistentiam lactis globulorum contra alcalium actionem, cui actioni simplex e caseino formatum integumentum resistere non posset; sed quoque sine tali integumento, et sine ullo, globuli butyri non nisi admodum tarde, temperatura non elevata, alcalibus afficiuntur. Actione diutius protracta tum lactis globulos, tum globulos butyri, concutiendo cum aqua ortos, disparentes vidimus. Neque hac igitur ratione integumenti existentiam negare ullo modo possumus.

Res itaque semper dubia manebat; investigationes, quas HENLE <sup>2)</sup> instituit majorem lucem afferre videbantur. Praesentiam integumenti caseino formati, quod ex soluto caseino secundum ASCHERSONII theoriam circa lactis globulos depositum fuisset, sequentibus argumentis nitens, assumit: 1<sup>o</sup> globuli lactis actioni acidi acetici expositi formam mutant, antea rotundi nunc lagenulae formam accipiunt aut aliam metamorphosis subeunt atque ex iis minores adipis globuli exeunt, quae corpusculis lactis primitivis adhaerent, et aut catenae speciem aut alias figurae exhibent; 2<sup>o</sup>. globuli in guttula lactis contenti, si per aliquod tempus cum aethere digeruntur, non corripiuntur, atque guttula impellucida manet, addita autem acidi acetici guttula, fluidum clarius fit, dum, si post sufficientem acidi acetici evaporationem perpaucae aetheris guttulae adduntur, butyrum brevi tempore aethere solvit, atque post evaporationem aut tanquam fasciculi crystallorum acus formam prae se ferentium, aut tanquam maiores adipis guttulae deponitur; 3<sup>o</sup> in ebulliente quoque spiritu vini corpuscula lactis non facile mutantur nisi addito pauxillo acidi acetici, quo facto eadem phaenomena, quae in experimento cum aethere conspiciebantur, et hic observantur; tandem aether, magna copia adhibitus ad lac diutius digerendum, ipse lactis glo-

1) Lib. Cit. pag. 43.

2) *Allgemeine Anatomie*. Leipzig. 1841. S. 943 v. f.

bene endosmosi atque inde ortae integumentorum rupturae adscribi posse, tandemque negativam cl. HARTING observationem positivam SIMONIS non posse refutare. Quartum autem cl. HARTING experimentum, quo formae mutationi globulorum lactis sub actione acidi acetici omnis valor prorsus tolli videtur, HENLE silentio practerit.

Variis hisce a diversis auctoribus propositis sententias allatis, item hucusque sub judice esse jure statuere posse videamus.

Instituta experimenta nos sequentia docuerunt.

Jam cito patet investigationem directam quaestionem dijudicare non posse, ac requiri *experimenta* sub microscopio. Hanc ob rem RASPAILII asseverationi membranulae tegentem se observasse, fidem dare non potuimus. Rarissimo tamen casu membranulae praesentia in cellulis magnis, partim tantum adipe repletis, statim in oculos incidit: durante cellulae rotatione membranula continuo plicas diversas accipit, adipe contento locum suum mutantem. Magnae istae cellulae vero perrarae sunt; illas invenimus in colastro cuniculi, in mamma alius cuniculi, itidem gravi, et apud 5 mulieres a nobis observatas rarissimo casu in colastro. Porro in mulieris colastro deteximus globulos adiposos insignis magnitudinis, e quibus instituta pressione contentum exprimi poterat, quod in initio laevior multo et magis splendens erat, sed post dimidiam horam aut tardius quoque eundem magis minusve granulosum adspectum ac ipse globulus monstrabat. Hac duae formae autem, quarum ulterior tantum integumentum ex fluido depositum, non autem vere organisatum possidebat, nimis a vulgaribus lactis globulis differunt, ut ex iis ad hos concludere possemus. Majores deinde lactis globuli interdum angulosi erant, minus splendentes, superficiem granulosam monstrantes; hoc vero tantum obtinebat, si humili erat temperatura, leviori exhibito calore globuli lactis sphaericam formam et laevem, splendentem superficiem recuperabant. Nullum invenimus signum, quo distinctio inter lactis globulos et globulos butyri, quorum hi secundum NASSE et chemica mutatione et simplici confluentia ex illis formarentur, probari posset.

Experti sumus, num coloris mutatio addito Jodio lucem aliquam afferre posset: invenimus autem, tum vulgares lactis globulos, tum globulos butyri fusi, aut olei cum lacte, vel cum lacte filtrationi submisso (quo in casu majores lactis globuli supra filtrum retinebantur), tum quoque globulos vel olei vel butyri tantummoda aqua concussas, colorem intense flavum, et quidem prorsus similem in omni casu, ex Jodio accipere.

Dein formae mutationes a HENLE memoratas, quas globuli actione acidi acetici subeunt, investigavimus atque prorsus confirmatas vidimus. Ut autem videremus, quo usque exinde ulla peti posset conclusio, lac prorsus recens filtrationi submisimus, fluidum colatum, in quo tantum globuli lactis minimi inveniebantur, partim cum butyro fuso, partim cum oleo, agitavimus; orti hac ratione globuli majori volumine facile a lactis globulis distinguebantur: addito nunc acido acetico observavimus butyri globulos, — hos quoque, qui multo majores erant quam maximi globuli lactis, — easdem formae mutationes subire, quas HENLE pro vulgaribus lactis globulis describit; globuli autem olei olivarum hasce mutationes aut non aut parvo tantum gradu monstrabant. Citatum itaque HENLEI experimentum nequaquam aliud quid probare potest praeter hoc: lactis globulos ex principiis, lacte contentis, integumenti speciem adipisci; quod vero cum cellulosa membranula organisata nullo modo comparari potest. Siquando lac cum uno ad quatuor spiritus vini voluminibus miscetur, praecipitatur caseinum; instituta coctione fluidum album manet et turbidum. Additis paucis acidi acetici guttulis, multo clarius fit, sed denuo magis turbidum redditur, majori acidi acetici copia addita, quo facto caseinum in parva acidi quantitate solutum rursus praecipitatur. Magni hac in re momenti est quantitas acidi additi ut summus pelluciditatis gradus obtineatur. Experimenta igitur a HENLE instituta hic existentiam integumenti probare non possunt, quum, uti cl. HARTING jure observavit, major pelluciditas solutioni caseini in prius additis acidi acetici guttulis potest adscribi. Si vero lac tali ratione pellucidum factum refrigescit, illud iterum turbidum fieri videmus,

bene endosmosi atque inde ortae integumentorum rupturae adscribi posse, tandemque negativam cl. HARTING observationem positivam SIMONIS non posse refutare. Quartum autem cl. HARTING experimentum, quo formae mutationi globulorum lactis sub actione acidi acetici omnis valor prorsus tolli videtur, HENLE silentio praeterit.

Variis hisce a diversis auctoribus propositis sententias allatis, item hucusque sub judice esse jure statuere posse videmur.

Instituta experimenta nos sequentia docuerunt.

Jam cito patet investigationem directam quaestionem dijudicare non posse, ac requiri *experimenta* sub microscopio. Hanc ob rem RASPAILII asseverationi membranulam tegentem se observasse, fidem dare non potuimus. Rarissimo tamen casu membranulae praesentia in cellulis magnis, partim tantum adipem repletis, statim in oculos incidit: durante cellulae rotatione membranula continuo plicas diversas accipit, adipem contento locum suum mutante. Magnae istae cellulac vero perrarae sunt; illas invenimus in colastro cuniculi, in mamma alius cuniculi, itidem gravi, et apud 5 mulieres a nobis observatas rarissimo casu in colastro. Porro in mulieris colastro deteximus globulos adiposos insignis magnitudinis, e quibus instituta pressione contentum exprimi poterat, quod in initio laevior multo et magis splendens erat, sed post dimidiam horam aut tardius quoque eundem magis minusve granulosum adspectum ac ipse globulus monstrabat. Hae duae formae autem, quarum ulterior tantum integumentum ex fluido depositum, non autem vere organisatum possidebat, nimis a vulgaribus lactis globulis differunt, ut ex iis ad hos concludere possemus. Majores deinde lactis globuli interdum angulosi erant, minus splendentes, superficiem granulosam monstrantes; hoc vero tantum obtinebat, si humilis erat temperatura, leviori adhibito calore globuli lactis sphaericam formam et laevem, splendentem superficiem recuperabant. Nullum invenimus signum, quo distinctio inter lactis globulos et globulos butyri, quorum hi secundum NASSE et chemica mutatione et simplici confluentia ex illis formarentur, probari posset.

Experti sumus, num coloris mutatio addito Jodio lucem aliquam afferre posset: invenimus autem, tum vulgares lactis globulos, tum globulos butyri fusi, aut olei cum lacte, vel cum lacte filtrationi submisso (quo in casu majores lactis globuli supra filtrum retinebantur), tum quoque globulos vel olei vel butyri tantummoda aqua concussas, colorem intense flavum, et quidem prorsus similem in omni casu, ex Jodio accipere.

Dein formae mutationes a HENLE memoratas, quas globuli actione acidi acetici subeunt, investigavimus atque prorsus confirmatas vidimus. Ut autem videremus, quousque exinde ulla peti posset conclusio, lac prorsus recens filtrationi submisimus, fluidum colatum, in quo tantum globuli lactis minimi inveniebantur, partim cum butyro fuso, partim cum oleo, agitavimus; orti haec ratione globuli majori volumine facile a lactis globulis distinguebantur: addito nunc acido acetico observavimus butyri globulos, — hos quoque, qui multo majores erant quam maximi globuli lactis, — easdem formae mutationes subire, quas HENLE pro vulgaribus lactis globulis describit; globuli autem olei olivarum hasce mutationes aut non aut parvo tantum gradu monstrabant. Citatum itaque HENLEI experimentum nequaquam aliud quid probare potest praeter hoc: lactis globulos ex principiis, lacte contentis, integumenti speciem adipisci; quod vero cum cellulosa membranula organisata nullo modo comparari potest. Siquando lac cum uno ad quatuor spiritus vini voluminibus miscetur, praecipitatur caseinum; instituta coctione fluidum album manet et turbidum. Additis paucis acidi acetici guttulis, multo clarius fit, sed denuo magis turbidum redditur, majori acidi acetici copia addita, quo facto caseinum in parva acidi quantitate solutum rursus praecipitatur. Magni hac in re momenti est quantitas acidi additi ut summus pelluciditatis gradus obtineatur. Experimenta igitur a HENLE instituta hic existentiam integumenti probare non possunt, quum, uti el. HARTING jure observavit, major pelluciditas solutioni caseini in prius additis acidi acetici guttulis potest adscribi. Si vero lac tali ratione pellucidum factum refrigescit, illud iterum turbidum fieri videmus,

absque eo ut orientur caseini flocculi, unde patet adipem globularum lactis revera solutum fuisse, et nunc ex spiritu vini frigidiori facto denuo deponi. Calore iterum adhibito fluidum rursus pellucidum redditur. Momenti igitur erat investigare num solus spiritus vini aequae facile globularum adipem solveret. Hunc in finem conati sumus caseinum, quantum fieri potuit excludere, atque lactis loco tantum maiores eius globulos, supra filtrum remanentes, adhibuimus; sed quoque nunc addito spiritu vini caseinum adhuc nimia quantitate praecepitabatur, ita ut per coctionem cum solo alchole fluidum pellucidum non obtineretur, atque itaque non pateret num adeps in alchole solveretur. Ut inde certiores fieremus indagationem microscopicam instituimus, quae autem tantum cum refrigerato fluido perfici poterat. Indagatio nunc lactis cum alchole, lactis cum alchole et pauxillo acidi acetici, atque lactis sponte acidi facti cum alchole, per idem tempus cocti, nos docuit in priori fluido lactis globulos multo magis integros et immutatos mansisse, quam in altero et tertio, in quibus multi irregulares facti erant, nonnulli confluxerant, aut tanquam maiores globuli adiposi rursus ex fluido depositi erant. Maiores illi adipis globuli nunc superficiem granulosam monstrabant; quando sibi relinquebantur, ex nonnullis minor globulus sensim sensimque prodibat, in initio laevis ac splendens, brevi autem et ipse granulosam superficiem accipiens. Eadem experimenta loco alcoholis cum aethere repetebantur. Eventus plerunque similis erat; praeterea autem in lacte cum aethere cocto interdum nonnullos conspiciebamus globulos magnitudinis lactis globularum vulgarium, quae adspectum habebant membranularum cellulosarum pro parte tantum adipe repletarum. Hic igitur revera membranula tegens adesse videbatur, e qua adeps aethere partim extractus erat.

Ex hisce itaque experimentis patet acidis solutionem adipis globularum lactis in alchole revera promoveri, quod multum probat pro existentia alicuius integumenti, etiamsi non sit membranula organisata.

Tandem SIMONIS experimenta repetivimus, quae consistebant

in extrahendo lacte siccato per aetherem, quo facto SIMON membrulas cellulosas se observasse affirmat, quas cl. HARTING detegi non potuit. Fateri debemus rem nobis magis minusve dubiam mansisse. Ipse SIMON dicet lac vaccinum ad dijudicandam quaestionem minus probans esse, et verosimiliter cl. HARTING tantum vaccino lacte usus est; sed quoque si lac muliebre adhibemus pro maxima parte irregulares tantum membrulas et granula conspicimus, quae nequaquam cum ulla certitudine cellulosa membranulae haberi possunt. Nulla ratione iis sphaericam formam communicare possumus, quare membranulis cellulosis magis similes redderentur. Credit SIMON eas membranulas disruptas esse; a priori autem potius concluderetur, adipem per aetherem intra membranulam cellulosa sensim sensimque solutum iri, atque diversas aetheris quantitates majorem, adipis copiam continentibus cum iis, quae minorem continent, tamdiu endosmotica ratione variari, ut tandem in globulis fluidum fere prorsus ex aethere constans adesset, absque eo ut hanc ob rem membranulae disrumpentur. Quod si tali ratione obtineret, remanentia integumenta per aquam, aut acidum acceptiem aut aliud quoddam fluidum, quod per membranulam penetrans, eius intumescentiam produxisset, formam sphaericam iterum induere debuissent. Hoc autem non locum habebat, atque membranulac igitur cellulis similes a SIMONE observatae nobis non comprobatae experientia videntur. Accedit quod in omni casu numerus harum membranularum numero globulorum lactis longe minor est, ita ut, si revera integumenta globulorum istorum fuerint, nequaquam inde sequereretur omnes globulos tali integumento praeditos esse.

Ex omnibus quae praecedunt hancce conclusionem petimus: 1º. in vulgaribus lactis globulis immediata observatione integumenta detegi non possunt; 2º. mutationes formae acido acetico productae, et minor resistentia contra alcoholis et aetheris actionem, postquam additum fuit acidum aceticum, indicant revera integamenti speciem existere. 3º. Completa convenientia lacti additorum butyri globulorum, quae membranula cingente

organisata absque dubio carent, cum lactis globulis, ejusmodi membranulae exsistentiam et in hisce admodum dubiam reddit. 4º. Exsistentiae talis integumenti organisati contrarium quoque est, quod post extractionem cum aethere integumenta non manifesto remaneant. 5º. Longe plerique globuli lactis itaque tantum integumentum possident, quod per globulos adiposos ex elementis circumdantis fluidi attrahitur, et verosimiliter propriam exsistentiam non habet. 6º. Praesentia vero paucorum globulorum, speciem cellularum partim adipe repletarum prae se ferentium, post coctionem cum aethere conspicuorum, exsistentiam integumenti magis organisati in nonnullis globulis lactis valde probabilem reddit.

## THESES.

---

### I.

Nervis sensilibus aliquibus partis vel paralysi affectis, vel dissecatis, tonus muscularum ibidem immunitur.

### II.

Perverse WHEATSTONE negavit identica puncta sic dicta utriusque retinae.

### III.

Dans l'état actuel de la science, ce n'est qu'avec une grande réserve qu'on peut expliquer par la nature des lesions trouvées sur le cadavre, les desordres fonctionnels, que les centres ou les cordons nerveux ont présentés pendant la vie. ANDRAL.

### IV.

Ad potentias nocentes omnium fere frequentissimas vestimenta pertinent inepta.

### V.

E symptomatibus chronicam cerebri ejusve membranarum labem denotantibus, nec sedes mali, neque ejusdem natura certo effici potest.

### VI.

In multis oculorum morbis examen entopticum ad diagnosis magni est momenti.

### VII.

Causa diabetis melliti in systemate nervoso posita est.

### VIII.

Deficiente lacte materno melius est asinino quam vaccino alere infantem.

### IX.

Perverse OESTERLEN negavit vim radicis arnicae cerebrum et medullam spinalem excitantem.

X.

Chloridum hydrargyri tanquam causticum in genere rejiciendum est.

XI.

Inter derivantia cucurbitae siccae saepius commendari merentur, quam solent.

XII.

Tympanite hydropi superveniente in stadio morbi proiecto, mors vulgo proxima est.

XIII.

Perverse RUSTIUS contendit carcinoma verum semper inter tres post operationem annos redire.

XIV.

Nonnunquam fleet lamellas quasdam corneae opacae cultro auferre.

XV.

Cataracta incipiens alterius oculi non contra indicat operationem cataractae perfectae alterius.

XVI.

Latus abdominis ubi in gravidis ictus cordis foetus auditur, non semper indicat locum ubi foetus situs est.

XVII.

Facie praevia, nullam e forcipibus nobis usitatis applicari licet in diametro conjugata.

XVIII.

Hymenis praesentia non probat graviditatem abesse.

XIX.

In medicina forensi non quaerendum est quaenam vulnera lethalia sint, sed quomodo lethalia fiant.

XX.

Mors commotione nervi sympathici induci potest, absque eo ut in cadavere hujus rei indicia inveniri possint.

XXI.

Pondus lactis specificum indolem ejus non indicat.